Fragmentarium

ecclesiam sanctificatam. Ps. Sanctifica-
uit tabernaculum suum altissimus. Uni-
cornis significat Christum. Dicitur unicornis
esse natura quod ad uirginem
currit et libenter cornu suum feracissi-
mum in sinum uirginis mittit. Unde sic
seuerum illud animal per uirginem
attrahitur per uirginem capitur per uirginem
mitigatur. Sic certe dei filius per uir-
ginem mariam. B. O maria mater
uirgo que de celis ad terram dei filium
detraxisti et qui quoddam frenum
ditari imposuisti et fortem ac seue-
rum quodammodo emollisti. Cornu huius
unicornis est diuina potestas uel
seueritas. Hoc cornu adhuc mari-
tenet manu ne feriat peccatores.
Sed in iudicio de manu uirginis et de
manu marie educetur. quando una cum
impetu per unam sententiam tanta multi-
tudo ad inferos detrudetur. Unde in
cornis iste ihesus christus. cornu quod
in me humiliat per uitam. tunc exal-
tabit per iustitiam. Ps. Exaltabitur si-
cut unicornis cornu meum. Filius
dei sicut unicornis sanctificium suum
edificauit quia in hoc ecclesiam suam
per fidem fundauit. quia sicut unicornis
per uirginem in incarnatione captus fuit.
De iii. Reg. vi. Malleus et
securis et omne ferramentum non sunt
audita in domo domini cum edificaretur.
Dicitur uidelicet quod per sanguinem audam
inuiculi lapides facilius scindebantur
ad edificationem templi. Sic in edifica-
tione ecclesie non malleus mundane po-
tentie. non securis terrene sapientie. non fer-
rum humane uiolentie audiebatur.
i. Cor. i. Non multi sapientes non multi
nobiles et cetera. patet hoc in apostolo

petro qui secundum seculum non potens nec sa-
piens non nobilis uidebatur. et tamen per ipsum
et per ipsius similes gloriosissimum ecclesie templum
edificabatur. Sanguis uniculi est sanguis
carnis christi. quia ipse ait. Ego sum unicus
et non homo. et cetera. Huius uniculi sanguine
edificatum est templum ecclesie. Edificata est
utique ecclesia de latere christi morientis sicut
eua de latere ade dormientis. Gen. ii.
Edificauit dominus deus costam et cetera. Ita in-
ter peccator qui es lapide durior. scindat te
nunc sanguis christi in mundo. ne feriat te se-
curis christi in iudicio. De quo Matth. iii. Iam se-
curis ad radicem arboris posita est. Ita scin-
dat te sanguis christi in mundo ne conterat
malleus dyaboli in inferno. Prov. xix. Pa-
rata sunt tormenta et mallei percutientes
stultorum corporibus. Scindaris ergo potius in pena
temporali. quam totus conteraris in gehenna
eternali. Aug. Aut compunctio dolore
cruciabitur per penitentiam uita mea aut
eterno cruciatu uexabitur post uicendam animam
meam. De iii. Jo. xiiii. Ego dissol-
uam templum hoc manufactum et post triduum
aliud non manufactum edificabo. Hoc uidelicet
de templo materiali calumpniose christus imposu-
erunt. quod de templo ecclesie sue intelligere debu-
erunt. Utrumque enim templum per christum ratione
edificatum est. primum corporaliter in ciuitate re-
surgentis. secundum spiritualiter in fide rationis.
Templum autem manufactum fuit ecclesia iu-
deorum. per manum enim opus significatur. unde
quia uidelicet in operibus legis. christiani non in gratia iu-
stificationem querunt. ideo synagoga est
templum manufactum. ecclesia uero non manufactum.
unde non ex operibus iustificatur. Tytum
iii. Non ex operibus iustitie que fecimus nos.
et cetera. primum ergo templum dissolutum in iudeorum
abiectione. Secundum edificatur in gentium
uocatione. edificatur autem post triduum

10

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Lat 5, (seq. 21) – Commentarius in loca S. Scripturae (https://fragmentarium.ms/view/page/F-i1sl/1275/17129)